Henricus meus ministerialis de Gebesa cum universis heredibus suis ecclesie Homburgensi in honore dei et sancti Cristophori consecrate quieta pace possidendos ipsos mansos, quitquit nobis in eis iuris fuit, abrenunciando contulimus. Ut autem inconvulsa et rata permaneat hec possessio, per paginam presentem eam institui corroborari et sigilli nostri impressione communiri coram testibus subscriptis, quorum primus est comes Elegerus advocatus ecclesie. Theodericus burgkgravius Orlamunde. Lutolffus de Berlstedte. Volradus de Krauel. Echardus[a]) scriptor et capellanus. Eghardus de Gutern. Berthous de Schlotheym et filii eius Guntherus dapifer et Konemundus. Henricus marschalcus. Beringerus de Meldingen. Gottefredus de Dutelewben. Conradt de Nunheilingen. Hermannus de Thonna. Otto de Thungisbrucken et alii quam plures libere condicionis et ministeriales. Data autem sunt hec anno dominice incarnacionis M̊C̊LXXXXI̊, indictione nona, regnante Romanorum imperatore Henrico Frederici imperatoris filio; feliciter amen.

570.

König Heinrich VI. bestätigt die Urkunde Kaiser Friedrichs I. von 1157—1158 Februar 2 (vergl. Stumpf 4536), wodurch die Grafschaft Chiavenna dem Herzogthum Schwaben einverleibt wurde. — Markgraf Albrecht. **Hagenau, 1192 Febr. 15.**

Gedr.: Mohr, Cod. dipl. 1,229. Stumpf 4735.
Anm.: Gegen die eingerückte Urkunde sind von Böhmer und Stumpf Bedenken erhoben worden. Es scheint sich höchstens um Interpolationen oder Korruptionen zu handeln, welche den Hauptinhalt unberührt lassen. Vergl. Ficker, Ital. Forschungen 2,197 und Mohr a. O. Nachtrag S. V.

— — Huius rei testes sunt. Cunradus Maguntine sedis archiepiscopus. Otto Babenbergensis episcopus. Hermannus Monasteriensis episcopus. Henricus Argentinensis electus. Albertus marchio Misnensis[a]). Otto palatinus comes Burgundie. Ulricus comes de Burga. Henricus marschalcus de Calandin. Henricus de Luna pincerna. Rodulfus de Vazze. Ulricus de Iuualt. Andreas de Marmore. Rodulfus de Ranphisuillere. Ottobellus de Mediolano et Arnoldus de Placentia imperialis curie iudices. Henricus potestas. Andreas consul Clauenne. Laurentius eiusdem loci legatus et alii complures.

Signum domini Henrici Romanorum imperatoris invictissimi.

Ego Cunradus Maguntine sedis archiepiscopus et Germanie archicancellarius recognovi vacante cancellaria.

Actum anno incarnationis dominice MCLXXXXII, indictione X, regnante domini Henrico VI. Romanorum imperatore invictissimo et semper augusto, anno regni eius XXIII, imperii vero primo; datum per manum Sigeloi[b]) imperialis aule protonotarii apud Hagenoue XV. kal. martii; feliciter amen.

569. *a)* erhardus.
570. *a)* Unhsinensis. *b)* Sigelosi.